



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

192. fer. 4. de abyssali co[n]fusione peccatoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO CXII.

Feria 4. Domin. 3. post Pentecost.

De abyssali confusione peccatoris.

Vldebo mundum habitationem corporis exulis, corpus autem carcerem animæ, & cloacam, animam verò tot monstris horridam, quot vitijs contaminatam. Peram exagnitione gravitatis peccati extreme confundi.

Conf. 1. Quòd offensio fiat vel in persona, vel in honore, vel in re. peccatum est offensa Dei, non in se: Quia repugnat laedi Deum in se: sed in honore Dei, & creatura eius; omnis enim peccans (non ago de peccato in proximum) agnoscit se offendisse, non se: Nemo enim volens se offendit: ergo Deum, licet ignoret plenè: & quidè offendit Deum, non in se, sed in honore; quia in præsentia infinitæ sanctitatis agit contra legem eius: offendit etiam Deum in creatura sua; quia peccatum deformat hominem, qui est res Dei, impedit Deum, ne in creatura rationali operetur opus præstantissimum, quod est beatitudo æterna.

Conf. 2. Quomodo peccatum eripiat gloriam Deo: quia postponit vilissimæ creaturæ Patrem, aufert gratiam; inhonorat Majestatem præsentem, separat ab amicitia Dei;

P a Ange-

340 *Fer. 4. Domin. 3. post Pentecost.*
Angelorum, Sanctorumque intercessionem
inutilem reddit, habitationem Spiritus san-
cti prostituit, est causa mortis Christi, pro-
fanat eius sanguinem, incapacem facit me-
ritorum Christi, mancipat diabolo peccato-
rem, morti, inferno, æternum, & causat plu-
res lapsus. O peccatum furia infernalis,
quantam uno impetu stragem patras?

Conf. 3. Debere me dolere de peccatis,
confundique magis, quam de plagis foedis-
simis, vulneribus periculosis, morbis
desperatissimis, magis quam de extrema
paupertate, infamia, calamitate, damnisque
irreparabilibus virium mearum. Immanis est
confusio mea propter naturam lapsum,
prohibitionem eorum, tantamque multitu-
dinem eorundem: his stolam gloriæ perdidit,
ignominiosè nudatus. Quomodo me crea-
tura sustinuerunt, terra non absorbit, aquæ
non demerserunt? Omnia mala non absum-
pserunt? Confusionem mihi augebunt
verba Apostoli: *Quem ergo fructum habuistis
sunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam
finis illorum Mors est. Ad Rom. 6.*

MEDITATIO CXCIII.

Feria 5. Domin. 3. post Pentecost.

*De erectione peccatoris ad spem
venia.*

Videbo